



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Sancti Germani De Pratis & sanctæ Genovefæ Abbatibus & Priori sanctæ
Genovefæ Parisiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

nensem Episcopum seu alios in eorum diocesibus constitutos super quibuscumque negotiis vos aut Ecclesiam vestram quomodolibet contingentibus fuerint impe trate, nullum ejusdem Ecclesiae libertati prajudicium generetur, districtius inhibentes ut nulli ecclesiasticae personae licet in Ecclesias aut villas vestras seu etiam servientes vestros sine manifesta & rationabili causa excommunicationis sententiam vel interdicti proferre. Vobis quoque sit liberum, si super iis vel alii vos senseritis contra iustitiam prægravari, sedem apostolicam appellare. Nulli ergo &c, nostra constitutionis & inhibitionis &c. Si quis autem &c. Datum Viterbiæ XV. Kal. Augosti, anno decimo.

SANCTI GERMANI DE PRATIS
& sancte Genovefa Abbatibus & Priori
sancte Genovefa Parisiensis.

Tib. 94.
V. & malicie
famis Eccle
siæ tñcti A
suum libant
p[ro]p[ri]etatem
contraria. C Vm Ecclesia beati Aniani Aurelianensis apostolica sedis sit filia specialis, indemnitatibus ejus paterna sollicitudine præcavere volentes, discretioni vestræ præsentium auctoritate præcipiendo mandamus quatinus de quibuslibet malefactoribus suis in Senonensi provincia constitutis, quotiens ab ipsa fueritis requisiti, sine malitia dilatione iustitiae faciatis eidem plenitudinem exhiberi; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam sublato appellationis diffugio compescentes, nec relaxaturi sententiam, usque ad satisfactiōnem condignam, quam propter hoc in quemlibet duxeritis preferendam. Quòd si non omnes, duo vestrum &c. Ut autem pleniū quieti provideatur Ecclesia memorata, volumus & mandamus ut si con tigerit de vobis humanitus, ad vestros etiam successores hæc auctoritas extendatur, cùm sit dignum ut ejusdem Ecclesiae paci specialiter consulamus quæ ad Romanum Pontificem nullo pertinens mediante, non habet, post ipsum, alium protectorem. Datum ut in alia.

VV. DECANO ECCLESIAE SANCTI
Aniani Aurelianensis ejusque fratribus tam
præsentibus quam futuri canonice substi
tuendis in perpetuum.

specialius pertinere noscuntur, & de apostolicae sedis protectione ampliori devotione confidunt, & ne quorumlibet hominum in bonis seu etiam dignitatibus temperiaris auctoritate fatigentur, auctoritatis nostræ suffragio eas convenit pariter communiri. Ideoque, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar felicis recordationis Alexandri & Lucij prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum præfatam sancti Aniani Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsenti scripti privilegio com munimus. Statuentes ut quascunque professiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsenti justè & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda. Villam videlicet de Sentiaco cum Ecclesia, villam de Ruem cum Ecclesia, villam de Tilliaco cum Ecclesia, Ecclesiam de Chalo, & villam de Artenao à bonæ memorie A. illustri Francorum Regina vobis committatam pro villa de Chalo in ea libertate ac immunitate tenendam in qua bonæ memoriae L. quondam illustris Francorum Rex, quemadmodum in ejus scripto continetur authenticò, eam noscitur habuisse. Medietatem quoque proventuum tam in ministris decimis quam in oblationibus & omnibus beneficiis vivorum & mortuorum in prædicta Ecclesia de Chalo, juxta quod vobis olim concessum est à bona memoriae W. tunc Senonensi postmodum vero Remensi Archiepiscopo, sanctæ Sabinae Cardinali, apostolicae sedis Legato, & in ejus scripto authenticò redactum est; eo tamen tenore, quod si plures in eadem villa parochiales Ecclesiae constructæ fuerint, in omnibus quæ ibidem surrexerint id juris habeatis quod in prædicta Ecclesia habuissé noscimini & habere. Villam de Herbiliaco cum Ecclesia & omnibus decimis & pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Aniani veteris, quæ Capella vocatur, & Ecclesiam sancti Germani infra muros civitatis. Quicquid habetis in villa de Centolio, & Ecclesiam villæ ejusdem. Quicquid habetis in villa de fonteneio, & Ecclesiam ejusdem villæ, cum decimis & aliis redditibus ad jus ve-

Alexandri &
Lucij privile
gia edita sunt
ibid. pag. 116.
& seqq.

G iii

Tib. 95.
De confirmatio
ne privile
giis.
Ista ab Hu
lmois Pro
l. hist. S.
datis pag.
xx.

C Vm omnium Ecclesiarum attentam curam & sollicitudinem ex injuncto nobis à Deo apostolatus officio gerere debeamus, de illis tamen præcipue nos oportet esse sollicitos quæ ad ius & proprietatem sanctæ Romanæ Ecclesiae